



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Ivre Ac Potestate Romanorum Pontificum,
Imperatorum, Regum ac Episcoporum**

Alvarez Guerrero, Alfonso

Coloniae Agrippinae, 1586

VD16 A 2069

De Archiepiscopo. cap. xv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63477)

& amovere discordias. c. studium. xc. distinct. immò potest excommunicare nolentes pacem inire. c. placuit. c. praelatum. xc. distinct. Nec sufficit episcopo lectio, vel oratio, nisi & pauperibus provideat, c. fratrem. lxxxvj. distinct. Debet etiam episcopus discordantes concordare. xc. distinct. 3 per totum. sed ¶ non debet proprijs manibus aliquem cadere, vel flagellare, c. non liceat. lxxxvj. distinct. Episcopi est etiam ordinare, ut in ecclesijs baptismalibus sint doctores, & magistri, qui pueros in artibus liberalibus, & alijs utilibus instruunt. c. de quibusdam. xxxvij. dist. Et episcopus non potest creari sine titulo episcopali. c. sanctorum. lxx. dist. & pendente inquisitione contra praelatum suspectum non fit incontinenti remotio ab administratione, secus in tutore, docto. in c. licet Heli, de simonia. Et si electus in episcopum habet plura beneficia, accepto episcopatu omnia alia vacant, c. dictum, de electio. c. non potest, de prae bend. in vj. Inno. in c. in nostra, de rescriptis: sed non ipso iure. ut per Panor. in c. de multa, de prae ben. Et ¶ successor in episcopatum non ligatur constitutionibus praedecessoris, Ioannes de Lignano in tractatu de sentent. excommu. in volumine xj. fol. 288. Sed successor in ecclesia tenetur ratificare bene gesta praedecessoris, Archid. in c. decessor. xxv. quest. ij. & de hoc vide Bald. in l. quicumque. C. de bonis, quae libe. Et successor in ecclesia non tenetur ad debita contracta per praedecessorem, nisi pro utilitate ecclesiae fuerint contracta: nota. in c. j. & ij. de sortileg. & vide in c. fin. de offi. ordin. in vj.

DE ARCHIEPISCOPO.

Cap. XV.

SUMMARIUM.

- 1 Electus in Archiepiscopum, vel Episcopum, infra tres menses consecrari debet.
- 2 De forma pallij, & qualiter esse debeat.
- 3 Virum ante pallij traditionem quis appellari possit Archiepiscopus.
- 4 Pontifex ad Missarum solennia, & ubique pallio utitur.

5 Archi

- 5 Archiepiscopus Episcopo maior est in exercitio, non autem in ordine.
 6 Archiepiscopus dicitur princeps episcoporum.
 7 Dioecesis unde dicitur.
 8 Archiepiscopo crucem ante se deferri facere, populumq; benedicere per totam prouinciam, datum est.
 9 Archiepiscopus unde dicitur.
 10 Soli Papa reseruata est Episcoporum depositio.
 11 Gentilium quos erant ordines.



Lectus † in Archiepiscopum, vel Episcopū, infra tres menses debet consecrari. c. quonia quidam, c. distinct. vt dixi supra. Et Archiepiscopus non potest vti pallio extra ecclesiā, vt in c. cum super, de autho. & vsu pallij, in c. pallium. c. distinct. nam pallium est insigne ornamentum Archiepiscopi, vel Episcopi, de corpore beati Petri assumptum. Sed ex priuilegio speciali competit pallium Episcopo, vt per Panor. in rub. de vsu pallij. † Qualiter debeat esse forma pallij, ibi videbis per eum. Sed insignia, per quæ notatur iurisdictio, non possunt extrahi extra limites prouinciæ, vt not. in c. extuarum, eod. tit. & Archiepiscopus debet sepeliri cum ambobus pallijs; quia pallium non remanet in ecclesiā, ad quam fuit promouus, vt per docto. in c. ad hæc, eod. tit. Et pallium potest accommodari, vt videatur, non pro vtendo. † Sed ante pallij traditionē quis non debet appellari Archiepiscopus: vnde notabis, quod nomen sequitur post plenarium officium, & complementum plenariæ potestatis; tamen per actum confirmationis recipit potestatem, quo ad illa, quæ sunt iurisdictionis, vt in c. transmissam, de elect. Et pallium instanter est petendum, & debet peti infra tres menses à die consecrationis, de iure, nisi fuerit impeditus, vt in c. j. c. distin. vbi de hoc. † Sed solus Papa vtitur pallio ad Missarum solennia, & in omni loco, vt in c. ad honorem, de autho. & vsu pall. & in c. pallium tibi, distinct. c. Sed electus in Archiepiscopum, si sit Episcopus, non potest alios consecrare ante receptionem pallij, c. distinct. c. j. §. j. Et qui est consecratus ab illo, qui

H

lo, qui

lo, qui non habet ius consecrandi, iterum est consecratus, ut in c. sicut. cum c. sequen. lxxviii. distinct. Et Archiepiscopus est ordinarius provincie, & est maior Episcopis singulis provincie sue, c. per singulas. cum sequenti. ix. quaest. ult. vj. quaest. iij. c. scitote, c. pastoralis, de officio ordinarii. & Roman. in consil. ccccxxj. & Panormit. in c. nullus, de iure patrona. Sed est diocesanus in diocesi sua, non in provincia: ita Cardin. in Clemen. j. §. j. de supplenda negligencia. praela. Itaque est Archiepiscopus in provincia, Episcopus in diocesi, Clemen. ij. §. j. de privilegio, & ibi Cardin. dicit, quod Archiepiscopus est maior Episcopo in exercitio, non in ordine. dicit etiam, quod Archiepiscopus, & Metropolitanus idem sunt. Sed non dicitur Archiepiscopus, nisi sit susceptum pallium: ita Cardin. in c. quod sicut. §. praeerea, de electio. & in Clemen. j. §. nos, de iure iurano. Et proprie dignitas est Episcopatus. Cardina. in Clemen. j. de prebendis & est culmen dignitatum. Cardina. in Clemen. j. de renuntiacione. iat. Et Archiepiscopus dicitur princeps Episcoporum. c. clericos. xxj. distinct. Archiepiscopus non potest eligi, nisi sit presbyter. c. j. xl. distinct. Punit suffraganeos impediens quaestores ipsius, ut per Cardin. in Clemen. j. de poenitentia. & remis. Et diocesis dicitur quasi diuisione, qua diuiduntur fines Episcopatum. c. vnio. x. quaest. iij. Cardina. in Clemen. dudum. §. extra, de sepulchro. Et dioeceses fuerunt distinctae tempore Dionysij, glossa in c. provinciae, xcix. distinct. & xij. q. j. c. j. Et diocesanus dicitur Archiepiscopus in sua diocesi, non in provincia. Cardina. in Clemen. j. §. j. de supplenda negligencia. praela. Et Archiepiscopus potest deferri facere ante se crucem, & potest populum benedicere per totam provinciam: ita Cardina. in Clemen. ij. de privilegio. c. ij. Archiepiscopus (ut dixi) est princeps clericos, xxj. distinct. & lxxx. distinct. per totum. Sed quantum plus ordinis, vel honoris habet Archiepiscopus quam Episcopus? nihil (ut iam dixi) respectu ordinis Episcopalis in sua subalternitate. i. respectu characteris: nam tantum habet, quo ad hoc, simplex Episcopus, quam Papa: sed respectu executionis, & exercitij maiorem sollicitudinem habet Archiepiscopus. Metropolitanus, & Archiepiscopus

piscopus idem sunt: sed Metropolitanus trahit nomen à metros, quod est mensura, & polis, ciuitas; & trahit nomē ab ecclesijs, & earum numero: † Archiepiscopus verò à personis: & dicitur ab archos, quod est princeps, eo quod fit princeps Episcoporum, vt dixi: vide docto. & Cardina. in d. Clemen. ij. Et dixi, quod Archiepiscopus potest populum benedicere, intellige de solenni benedictione, quā non faciunt presbyteri, vt not. in c. ecce. xcv. distin. Dicit etiam Cardina. in d. Clemen. ij. quod benedictio fit quandoque imperatiue, & tunc proprie Dei est, licet detur ministerio benedicientis: & est satisfactio infusio, xxv. distin. c. presbyterum. Sed Archiepiscopus non debet aliquid presumere excommunicando, vel iudicando, vel aliquid agendo in dioecesi sui suffraganei absque eius consilio, vel iudicio; alias subiacebit periculo sui gradus, & quod gerit, erit irritum, c. nullus primas, ix. q. ij. habet enim tantum iurisdictionem in Episcopos suffraganeos, & eorum officiales principales, de offi. ordin. c. pastoralis, & c. Romana ecclesia, de offi. ordin. in vj. vbi videbis optimum text. & ibi vide docto. Non tamen procedet Archiepiscopus contra Episcopum ad depositionem: † quia depositio Episcoporum soli Pape est reseruata, vt in c. ij. de translatio. prelat. de hoc vide Panormit. in c. j. de officio legati. Sed de criminibus parais potest cognoscere, & ipsos Episcopos punire, c. sacro, de senten. excommu. & x. quæst. iij. c. quia cognouimus, & notat Ioan. And. in c. vt litigantes, de offi. ordin. lib. yj. De causa verò ciuili indifferenter cognoscit, etiam si subditi Episcopi conueniant Episcopum: Sed si Episcopus habet causam contra subditum, non conuenit eum coram Archiepiscopo, sed debent eligi arbitri auctoritate iuris: hæc probantur in c. si clericus aduersus clericum. xj. quæst. j. ita Panor. in d. c. pastoralis. & ibi dicit, quod regulariter nullam potestatem potest Archiepiscopus exercere in subditos Episcoporum, nisi in casibus exemptis, & vide glo. & docto. de hoc in d. c. pastoralis: & vide Cardin. in d. Clemen. ij. §. j. Et si duo subditi Episcopi litigant, vel Episcopus contra subditum, non potest adire Archiepiscopum, nisi per appellationem, cap. venerabilis.

bilis, de sentent. excommun. lib. vj. vbi litera dicit: Archiepiscopi non possunt absoluere excommunicatos à subditis suffraganeorum, sed possunt absoluere, si ad eos appellatum fuerit. De his videbis in d. c. venerabilis, in principio, & in §. porro, & in §. sed si ex causa legitima, & in §. sane, & in §. denique. Et de officiali Episcopi ad Archiepiscopum appellant, vide singul. tex. in c. Romana ecclesia, de appell. in vj. & in §. quod si obijciatur, si dicitur ex iniusta causa appellatum. Archiepiscopus inhibere non potest, nisi prius recepta appellatione, ut probabilius incipiat cognoscere de causa veritate. vide docto. in d. c. Romana. §. si autem. Et in hoc Archiepiscopi semper grauatur. Et vide tex. singul. in c. illis. lxxx. distin. vbi legitur, quod gentiles habebant tres ordines sacerdotum, scilicet primi flamines, archiflamines, & flamines: & quod loco primi flaminum Petrus iussit poni Patriarchas, qui de maioribus aliorum Episcoporum causis cognoscerent, loco Archiflaminum Archiepiscopos, loco flaminum Episcopos, qui in singulis ciuitatibus singuli esse debent. Et in c. Episcopi, eadem distinct. dicitur, quod Episcopi in ciuitatibus, presbyteri per castella. Itaque ponit differentiam inter Episcopum, & presbyterum. Sed de notorijs potest Archiepiscopus corrigere subditos Episcopi, cum visitat prouinciam. c. j. §. notoria, de censib. lib. vj. Et Episcopi, & Archiepiscopi celebrantes in locis exemptis an possint ibi concedere indulgentias, vide Card. in d. Clemen. ij. §. si. Et Archiepiscopus non potest aliquid attentare in diocesis suffraganeorum, nisi quatenus reperiatur in iure expressum. ita Panor. in c. sicut vnire, de excess. praelatorum, & ibi glo. enumerat. xj. reseruata Papæ. Et subsidium charitativum potest peti à Papa in casibus notatis per Oldr. in consilio ciiij. Et de charitativo subsidio vide Card. de pensione licita, & illicita, vide eundem in Clemen. j. §. de supplenda negligentia praelatorum; & in c. auaritia, de præben. & vide Abbatem, & additionatorem suum, in c. ad audientiam, de rescriptis: & vide infra in c. de pensione ecclesiastica. De charitativo subsidio vide etiā Card. in Clemen. j. de excessibus praelatorum, & Hostien. in t.

de excessibus prælatorum. Archiepiscopus non nisi ad Missarum solennia pallio utatur, & in synodo. Sed potest synodum congregare ante susceptionem pallij, ut per tex. & docto. in d. c. pallium tibi. Et de pallio Archiepiscopi vi- de in tit. de usu pallij, & per totam distinctionem centesi- mam; ubi dicitur in c. prisca: Honor pallij non detur nisi meritis exigentibus.

AN PRINCIPATVS SVMMI RO-
mani Pontificis non solum ad spiritualia, sed etiam ad temporalia se extendat, ita quod in toto orbe iurisdictionem habeat temporalem.

Cap. XVI.

S V M M A R I V M.

- 1 Principatus summi Romani Pontificis an etiam ad temporalia se extendit.
- 2 Papa dicitur summus, omnia enim ei subiecta sunt.
- 3 Potestas duplex est, spiritualis, & temporalis.
- 4 In tribus spiritualis est prior temporalis.
- 5 Anima omnibus rebus preferenda est.
- 6 Imperium sicut sacerdotium à Deo processit.
- 7 Materialis gladius ad solum Pontificem pertinet.
- 8 Ioannes Rex Navarre à summo Pontifice Iulio secundo tanquam schismaticus, & hereticus declaratus fuit.
- 9 Principes à fide apostatantes vitam à Pontifice temporali dominio privari possunt.
- 10 De quadruplici Monarchia aliqua.
- 11 Quando incepit Christi Monarchia.
- 12 Christi Principatus quando incepit.
- 13 Papa Adrianus concilio Romæ celebrato Imperium in personam Principis Caroli à Grecis in Germanos transfudit.
- 14 Antiquo tempore quis modus in eligendo servabatur.
- 15 Gregorius quintus Teuthonicus Imperatoris electionem per septem Alemanniæ principes fieri ordinavit.
- 16 Papa à nullo iudicari potest.